Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio beatissimorum martyrum Luciae et Geminiani mense sept. die XVI.

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

Transmitte eos ad regem referens omnia que de eis
sunt acta. Comes uero retulit dicens. Claudio cesari mag
no terre & maris domino. secundum dispositionem splen
didissimi regni tui. Ego eutolmius susceptor tue pie
tatis. comprehenso cypriano doctore xpianorum
cum iustina quadam uirgine quos et iam multis tor
mentis cruciaui. & non consenserunt sacrificare diis.
Hos transmisi ad tuam pietatem. ut secundum quod
uolt uestra sententia in illis iudicent. Rex uero le
git scripta. quod multas sustinuerint poenas. & ga
liberati sunt a cruciatib; & dedit sententiam aduer
sus eos dicens. Transmittantur in nicomediam ci
uitatem. Cyprianum uero antiochensem ~~ciuitatem~~
& uirginem iustinam tanam heresim xpianorum. qui elegerunt.
& elegerunt magis mortem quam uitam. hostu
beo tradi puniendos. Ducti sunt ad fluuium qui uo
catur gallus. ut decollarentur. Orauit uero sanctus cy
prianus. pro cunctis ecclesiis. pdi ministris & popu
lo xpiano & consignauit se signo xpi fecit ad dexteris
suis sanctam uirginem rogans ante se debere consum
mari. Coepit ergo cyprianus gratias agere deo
dicens. Benedictus es qui suscepisti animam ancille
tue. & me peccatorem iube cursum consummare.
Theognitus quidam xpianus peregrinus ueniens
& uidens sanctum cyprianum qui ducitur decollari.
currens osculatus est eum. Feruius quidam cogna
tus regis uidit theognitum osculantem cyprianum.
& iratus iussit eum decollari. Consummati
autem in die consummauerunt martyrium
cyprianus. iustina. & theognitus. Feruius uero
iussit corpora eorum canib; proici. fecerunt
uero corpora dies sex. & non tetigerunt ea ulle
bestie. Naute uero fideles & prouintia theog
niti nocte uenientes eum dormiunt. sanctorum corpo
ra furati sunt & leuauerunt in nauem suam. Onus
pretiosum super aurum multum. & nauigauerunt
denique comitati ad romanam urbem. ferentes reliquias
cypriani. & iustine uirginis. & theognitī martyru.
attulerunt preciosa munera rome. Suscepit autem
hec sancta corpora rufina religiosa urbis matrona. de ge
nere claro. In quo loco demoniaci curantur. & uarie in
firmitates accipiunt sanitatem eorum meritis. glori
ficantes patrem & filium & spiritum sanctum. in secula seculorum amen.

EXPL. PAS. SCI. CYPRIANI. ET IUSTINAE.

XVIII INCIPIT. PASSIO. BEA
TISSIMAE. MAR. LUCIAE. ET GE
MINIANI. MENSE. SEPT. DIE. XVI. sexta decima

Imperante diocletiano & maximiano seuiebat in urbe
roma. Anno tertio decimo imperii eorum sequa
persecutio aduenit. ita ut non in ciuitatis non in uicus. non
habitatio remaneret. ubi idolum iouis non erigeretur.
Edicto proposito ut qui inuentus esset nominare
xpm diuersis poenis interficeretur. Erat autem
beatissima martyr lucia permanens in uiduitate
sua annos. XXXV. Erant autem omnes
anni uite eius. septuaginta quinque. Audiens igitur
sancta dei lucia. impium edictum. procidit in orationem
dicens. Eripe me de inimicis meis deus meus. & ab
insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantib;
iniquitatem. & de uiris sanguinum salua libera me.
& dum compleret orationem cepit cogitare de deo.
Erant enim imperatores sedentes in solis suis. Agentes
ea que dei non sunt. poenas proponentes aduersus eos
qui xpm diligunt. Tunc beatissima martyr lu
cia ad filium suum euprepium ait. fili. ecce tem
pus putatum ad palmam. ecce lux data ad uitam.
Derelinquamus simulacra demonum. qui perdere pos
sunt. liberare autem non ualent. & adoremus dnm
ihm xpm qui potest & animam & corpus liberare.
Euprepius respondit. Mater dilectissima. illum xpm
confiteamur qui dicitur flagellis cesus. spinis coronatus.
felle cibatus. aceto potatus. cum latronib; crucifixus.
& a ministris suis de sepulcro furatus. Cui sancta lucia dix.
fili. fiat tibi secundum prophetam dicentem. Obscurentur
oculi eorum ne uideant. & dorsum eorum semper incurua.
qui hanc loquens aduersus deum iniquitatem. Tunc
euprepius filius eius cursum arripuit per plateam

ciuitatis quousque ueniret ad palatium diocletiani &
maximiani imperatorum. & sic coepit dicere. Piissi
mi imperatores uos posuistis decreta uestra. ut omnis
homo habitans urbem offerat tura diis omnipotentibus
qui subueniunt omni mundo. per quos mundus floret.
Nos ergo omittens mater mea abnegat. & seductorem
illum xpm confitetur. Tunc diocletianus imperator
iubet eum ingredi in cubiculum suum. & ad dexteris suis
sedere precepit dicens ei. fili nos credimus matrem tuam
cultricem deorum ueram esse. Nunc ergo quomodo
cognoscemus si uerum est hoc quod dicis. Euprepius
respondit. Piissime imperator credis quia menda
cium loquor tibi. absit a me ut ego mentiar in aspecti
bus tuis. Tunc diocletianus imperator iubet gebal
adsessorem suum ad sanctam dei luciam abire. ut con
uenta ante imperatorem adduceretur. Ueniens autem
gebal ad eam dixit. Tu es cultrix illius crucifixi.
Sancta lucia respondit. Ego sum. gebal dixit. Imperato
ri necessaria es. Sancta lucia respondit. Eamus. Et
posuit in domo eius simulacrum iouis. Exiens ergo beata
lucia a domo sua dixit. fundamenta domus meae &
limina ingressionis pro simulacro iouis quod a uobis
ab imperatore constitutum est corruat cum eo. & omnia
simulacra demonum que facta sunt in omni ciuitate pe
reant a facie dei. pereunt & cultores eorum. ut sciant
omnes quia tu es xps solus qui facis mirabilia magna in ce
lo & in terra. fundamenta & limina domus meae non
me susceperant ab hodierno die. sed sim digna conscribi
in choro sanctorum qui pro xpo passi sunt. Et cum haec di
ceret abiit. Cumque peruenisset ante imperatorem
prorupit imperator dicens. Audio quia reum illum
crucifixum confiteris. & deos nostros derides. Nunc ergo
si uis uiuere parati sunt & dii omnipotentes
ut eis offeras tura qualiter tibi esse possint propitii
& uiuas. Sancta lucia respondit. Nec sibi sunt propitii
nec cultoribus suis. Nam mihi propitiabitur dominus meus
ihs xps. pro cuius amore ego meipsam trado ad passi
onem. Ipsum inuoco dominum meum ihm xpm ut me dig
netur ancillam suam uocare. Diocletianus

imperator dixit. Nega xpm tuum. & iouem incipe colere.
ut uitae tuae possit esse consultum. Sancta lucia respondit.
si recte uelis dominum nosse. Et tu scire poteras nihil esse deos quos
colis. Numquid iouis celos fecit. aut terram super aquas
fundauit. Numquid iouis mari terminum posuit. aut
hominem de limo terre formauit. Diocletianus imp
dixit. & non iouis hec omnia operatus est. Sancta lucia
respondit. absit ut hoc sapientes credant. Deus omni
potens pater domini nostri ihu xpi. uerbo suo omnia consti
tuit. qui & hominem de limo terre formauit. que
sicut decepit diabolus per inoboedientiam. ita mendaciis
& uanitatibus corda hominum seduxit. ut lucos & la
pides sibi deos faciant. nec querant dominum uerum. sicut
dicit propheta. Uani filii hominum. mendaces filii
hominum. Testante pariter & salomone qui ait.
In maliuolam animam non introibit sapientia.
Diocletianus imperator dixit ad eam. Non te adduxi
de prophetis loqui mecum. sed ut diis immoles.
Nam residentibus nobiscum patre maximiano. Ue
nit uenerabilis filius noster euprepius & dixit nobis
quod te cognouisset xpm nominare. & hoc elegimus
ut moneremus te ad sacrificandum diis omnipo
tentibus ne pereas. Sancta lucia respondit. Uerum
dicis quia euprepius filius uester est qui haec uobis
innotuit. quoniam filius tenebrarum est. Ego autem cre
do in dominum meum ihm xpm amatorem castitatis
dilectorem pudicitiae in quo permanens ero. quia non
delebit de libro uitae ancillam suam. nec peribo a man
datis eius. Nunc autem parata sum ad ignem ad iun
cula uel per quaecumque uolueritis penas me mitte
re. non paueo. Haec audiens diocletianus iniquus
iussit eam celerius trahi ad carcerem. Quae cum ducta esset
ad carcerem. statim clausa est ianua carceris. & ecce
subito fundamenta carceris commota sunt. Sancta uero
dei lucia procidit in orationem. clamans & dicens.
Proba me domine & tempta me. ure renes meos & cor meum.
si est in me uia iniquitatis. & perduc me ad uitam aeternam.
Et cum complesset orationem. ecce subito odor suaui
tatis flagrauit. & uox in carcere resonuit dicens.

Gaude in dño semper iterum dico gaude quia nunc impletę
sunt orationes tuę. & meruisti accipere illud quod nec ocu
lus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit.
quę promisit ds̄ uirgini marię matri dñi nrī ihū xpi.
+ gloriose
Haec audiens beatissima martyr lucia genua sua flec
tens in oratione xp̄m deprecabatur dicens. Gratias tibi
refero ihū xp̄e qui priusquam inuocerts exaudis. & confir
mas misericordiam tuam super me tercio. & nunc dñe ds̄
omps̄ tu es occultorum cognitor qui scis omnia antequam
fiant ne me derelinquas usq. quaq. neq. repellas me a man
datis tuis sed doce me iustificationes tuas. & post quam
compleuit orationem. coepit orationem dauid dicere.
Exaudi ds̄ orationem meam cum tribulor. a timore inimi
ci eripe animam meam. Protexisti me a conuentu malig
nantium. a multitudine operantiū iniquitatem.
Et post quam finita ē uox psalmi. sopor aduenit. & uidit dnm̄
consolans ancillā suam fidelem in qua beneplacitum est ei
dicens. Eo quod propter amorem meum deicisti simu
lacra demonum. faciam te columnam in templo di & foris
non egredieris. sed faciam te portam tenere uitę ętnę. Ut
quicumq. te imitatur p manus tuas offeratur ad patrem
meum qui est in celis. Haec audiens exultauit cum gau
dio magno. gratias agens dño ihū xp̄o. post dies quattu
or. subito fluuius inundauit de fundamentis carceris. & ec
ce interiit media pars carceris ~~[illegible]~~. Domus uero diocleti
ani a fundamentis periit. ita ut nec lapis in eodem loco remane
ret. Diocletianus autem presens non fuit dum hoc fieret.
sed post quattuor dies aduenit. & audiuit omnia quę contige
rant. & iratus est & abiit ad carcerem. & dum uenisset an
te hostium carceris. carcerem patentem inuenit. & lux
di exuberabat in carcere. Sca autem di martyr lucia in o
ratione perseu manebat. Tunc diocletianus iniquus sub uoce
terribili exclamauit dicens. Malefica ubi est palatium
meum. ubi aurum & argentum. Ubi est deus iouis. ubi est
deus herculis. ubi est deus zenon. Ubi est dea minerua
ubi imperator palatius meus. O patientia deorum laudabilis
qui ad hoc non tibi restituunt poenam. Sca lucia respon
dit. Laudabiles essent. si & te post se uocassent.
Diocletianus imperator dixit. Ergo & me perire uis.

sicut & deorum simulacra perierunt. Sca lucia re
spondit. Si di fuerunt. perire non debuerunt. Dio
cletianus imperator dixit. Ego te hodie male pdam.
Tunc iussit fustes nodosos adduci. & iussit eam educi
foras ciuitatem ubi eam interficeret diris doloribus penis.
Et sedens imperator in tribunali. iussit eam extendi
ad uerbera. ut fustibus mactaretur. & ecce qui eam ce
debat. factus est lapideus. manus autem eius carnea reman
sit usq. nunc. propter hoc uocatur nomen loci illius
ad manum carneam. usq. in presentem diem.
Ipse autem imperator pene ad mortem aridus factus
est. & clamabat uoce magna dicens. Deus iouis sal
ua me. Iouis autem cecidit de loco suo & comminutus est.
& nihil ei misertus est. Sca uero di lucia subridens dixit.
facit te deus tuus iouis sanum. Dixit ad eam diocletia
nus. fuci. Sca lucia respondit. si credideris in xp̄m. facio.
Diocletianus imperator dixit. Si me saluauerit cre
dam sicut dicis. Sca lucia respondit. si credideris in
xp̄m faciam statim & saluus eris. Diocletianus
imperator dixit. Quomodo credam. Sca lucia re
spondit. abrenuntia simulacris. Diocletianus imp
dixit. Prius me salua & sic abrenuntiabo. Sca lucia
respondit. Non tibi credam psecutor dñi mei ihū xpi
seductor animarum quia semp mendax fuisti & fi
dem non habes. Diocletianus imperator dixit. Per
ipsum crucifixum qui a me saluauerit. credam sicut
dicis. Sca lucia respondit. scio fallaciam tuam. sed quia
crucifixum nominasti. faciam tecum misericordiā.
& saluabit te dñs mš secundum fidem ancillę suę. & statim
saluus factus est. & exclamauit uoce magna dicens.
Gratias tibi ago deus iouis. qui me saluum me fecisti.
& cum celeritate coepit ire ad templum iouis. & ec
ce subito terremotus factus est magnus. & terra scis
sa est & dimersum est templum. ut nec lapis remane
ret in eodem loco. Erat ergo templum septuaginta
quinq. centenariorum auri. & dum hec uidisset
imperator. exclamauit ministris suis dicens.
Perit deus iouis. & omnes dii simul interierunt.
Tunc ueniens ad carcerem. iussit illam ergam adduci.

& precepit impleri pice . & plumbo & resina . & ius
sit copia lignorum adgregari in circuitu ollę .
& iussit sanctam dei luciam nudam in eandem ollam
deponi . & tribus diebus & tribus noctibus ignem ad
hiberi fecit . Quarta uero die finitus est ignis .
sancta autem dei lucia nihil sensit . sed magis sicut lilium
fructificans . odorem suauitatis . Ita eam dominus deco
re & alacritate circumdedit dominum psallentem & di
centem . Probasti me deus igne me examinasti . sicut
igne examinatur argentum ; & ecce transiuimus
per ignem & aquam . & induxisti nos in refrigerium .
Diocletianus autem nesciens . neque intellegens dominum
dicebat ministris suis . Ite & purgate locum in
quo arsit illa malefica . Ne quid de concremato
corpore eius pulueris remaneat . & transiens
quisquam caleat in eodem loco . & fiat ei similiter ;
& euntibus igitur ministris . Ecce sancta dei lucia
diuina facta est eis dicens . Ite & dicite imperatori
uestro ; noli uacare tempus est laborandi . Tunc rede
untes ministri . intimauerunt imperatori omnia
uerba eius . Quibus auditis diocletianus alapis
percutiebat pectus suum dicens . Ue mihi quan
ta maleficia hec facit . Carcerem in fluuium
conuertit . & ipsa nihil sensit . Inter uerbera lim
mo cedentem se lapideum fecit ; quid amplius
me ipsum ad mortem perduceret nisi me deus iouis
saluum fecisset ., Templum deorum ex gemmis
& auro ruere a fundamentis fecit . Ignem & supera
uit . picem . & plumbum . in aquam conuertit .
deum mihi iam non dimisit . quid faciat habita
toribus huius ciuitatis ? Tunc iussit eam ferro
& plumbo onerari . & precepit ut per omnes ciuitatis
plateas circuiret . Que dum duceretur . uenit
ad domum hominis qui dicebatur geminianus .
& ipse habebat in domo sua amplius quam ducenta
simulacra ; & cum inde sancta lucia conitte per
transisset . Ecce columba alba ignis descendens
de cęlo super geminianum . tertio figuram cru
cis fecit ; Tunc geminianus respiciens in celum

uidit cataractas celi patentes . & uidit sedem dei & se
ordine . Tunc relinquens domos . aurum argentum
familias utriusque sexus . & cursim arripuit per pla
team ciuitatis . quo adusque uenire ad locum ubi
sancta lucia torquebatur . Dum autem uenisset pe
dibus sancte lucie se prosternens . clamans & dicens .
Te cognoui matrem sempiterne gratie quam mihi
dominus demonstrauit . Dum enim ante ianuam do
mus mee transires . subito oculi mei aperti sunt .
& uidi angelum dei descendentem de celo . sicut
columbam niueam . & respiciens in celum uidi
in quo me oportet credere . Nunc autem deprecor
te per eternum & inmortalem cui credis dominum ut
mihi dicas quis est christus . Sancta lucia respondit .
Christus est lux . Christus uita . Christus est resurrec
tio . qui in eum credit . habet uitam eter
nam ; Geminianus dixit . Hec credo esse
sicut tuo ore testaris . Tamen dic mihi quid est christus .
Sancta lucia respondit ; Ubi prudentia intus oculis
integer sermo esse dicitur . Geminianus dixit .
Unde mihi intellectus bonus . aut scientia . Unde
mihi corporatum ad intellegendum dominum . Sancta lucia
respondit ; Si uis cognoscere quid est christus . ieiuna
hodie & crastino die & dr quare purificet sabba
to dominico ; & celebrauerunt ieiunium triduo
sociantes ea que dicta sunt . Erat ergo quidam
sacerdos nomine protasius qui baptizabat omnes
qui pro christo patiebantur . & ecce circa mediam
noctem angelus domini aduenit . habens coronam in ma
nu sua . & tetigit eum dicens ; protasi exsurge & ua
de in carcerem capitolii . & purifica eum qui & toto cor
de querit me . Hec audiens sanctus protasius euigila
uit cum gaudio magno . Erat enim senectus florebat
& cum celeritate abiit ad carcerem ; & ecce uenient ante
ostium . claustra carceris comminuta sunt . & lux di
cepit ante eum precedere . & ecce su... uis est odor
aromatum preciosorum . & omnia fundamenta
carceris commota sunt . & fons aque inundauit ;
sacerdos protasius celebrauit ea que [illegible] . Que

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

cum baptizaret. Sancta lucia mater eius in baptismo
effecta est. & ceperunt esse in spiritu & anima. In unum
agonem proelio tolerantes. Post tertium ergo di
em diocletianus inquit iubet sibi in medio foro sede
preparari. & sedens super sedem diaboli fecit sanctam dei
luciam aspectibus suis adstare. Que cum adducta fu
isset obcecatus a diabulo. sub uoce terribili dixit. Quid
per tanti temporis spatium circa salutem tuam cogitas
ti. Sancta autem lucia tacuit & nihil ei respondit. Ad quam
iterum diocletianus imperator dixit. Dura tua obsti
natio quid cogitasti circa salutem tuam. Sanctus autem ge
minianus qui cum ea eidem decertare fuerat electus. signa
culo christi fulto. & loricam fidei accinctus. aperiens os
suum dixit. Insidiis diaboli inflammatus & in tene
bris & in umbra mortis habitans. Dum sa
lutem non habes. cur eorum qui dominum salua
torem habent salutem inquiris. Hinc insi
pientia & obcecatio cordis tui cognoscitur. Nam si
corde uideres. cognosceres utique eum quem nos uide
mus & adoramus saluatorem qui circa nos semper
est. A te uero longius fugit. Non enim potest lux
in tenebris ire. nec demonum cultores possunt cum
christicola commorari. Diocletianus imperator
dixit. Quis te separauit a ueritate deorum
fili. Sanctus geminianus respondit. Noli dicere de
orum. sed dic demoniorum. Demonia enim sunt
diuitiarum qui perdere possunt. liberare autem non ua
lent. Nam dum esse tentas tibi similis de
perditus sculptilibus seruiens. In lumina
tus orationibus spiritalis matris mee. quam mihi
dominus ihesus christus donauit. Cuius hec erat oratio ut non so
la de hac uita ad celorum pergeret dominum. sed ut fructum
laboris sui adquisitum & alterius animam in manu
sua deo offerret. Per quam cognoui dominum meum ihesum
christum esse deum uerum. Quod cum
diocletianus imperator audisset. fre
muit ut leo & iubet eos penis affligere.
Tunc sanctus geminianus adiit sanctam luciam dicens. Sanctissima
mater. ne terreas illius penis. ut intellegant

demonum cultores. quia serui dei nihil ualent pene
eorum. Hec audiens sancta lucia. gratias egit domino dicens
Gloria in excelsis tibi deus. & in terra pax hominibus
bone uoluntatis. Qui paruis clarus scientium boni con
silii. quo qui in prudentes esse putabantur. sapientes sunt.
Nunc ergo tu esto auxiliator noster & dirige ange
lum tuum domine deus celi & terre qui conforte nos. Et dum
complesset orationem. Ecce angelus domini apparuit in
medio eorum. ponens eis coronas ex gemmis & auro.
dicens. Iam parate sunt uobis porte celi. uos ingredi
mini in paradisum. quem dominus promisit uobis.
Tunc diocletianus imperator obcecatus a diabulo.
iter arripuit ab urbe roma ad pontem galatium.
qui dum uenisset in fluuium qui dicitur thein.
& introisset in eum. dei iudicio in medio flumine
interiit. cum omni officio suo. Erunt ergo omnes
qui cum eo demersi sunt mille trecenti qua
draginta sex. Unde creuit timor in urbe roma.
& omnes romani uenerabantur sanctam luciam. cum sancto
geminiano. Mense autem tertio perditionis diocle
tiani. Uir quidam perditionis cui nomen erat.
pyrropogon ueniens ab urbe pamphilie in urbem
romam. iubet sibi in medio foro sedem preparari.
& cum sederet in tribunali. precepit ut preco fortiter
clamaret dicens. Omnes populi cunctique gentes. ue
nite & adorate deos omnipotentes. qui subuenerunt
mundo. per quos uniuersus orbis floret. Tunc
sancta lucia una cum uenerabili filio suo geminiano.
quem de baptismo susceperat. desiderantes ad palmam
uenire martyrii. Dum hec audissent. cursum ar
ripuerunt per plateam ciuitatis. usque ad locum qui ap
pellatur lateranis. non longe a loco illo in quo re
quiescunt corpora sanctorum iohannis & pauli. & de
puerunt sese in eundem locum. Ceperunt deambu
lare per plateam ciuitatis. clamantes & dicentes.
Simulacra gentium argentum & aurum opera
manuum hominum. Os habent & non loquentur.
oculos habent & non uidebunt. Aures habent & non
audiunt. nares habent & non odorabunt. Ma

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

nus habent & non palpabunt. pedes habent & non ambu-
labunt. Similes illis fiant qui faciunt ea. & omnes qui con-
fidunt in eis. Hec audiens pyrropogon. iussit ceruices
eorum contundi dicens eis. Quid blasphematis deos omni-
potentes. qui uobis uitam ministrant. Sci geminia-
nus respondit. Dixisti quia dii tui omnipotentes sunt.
faciunt ergo & te sicut & ipsi sunt. ut & tu cum illis lapide-
us efficiaris. ut dni nri ihu xpi cognoscatur. diuinitas & di-
ui damnati maneretis in tenebris. quia ds xpianorum
potens est. & non est alius preter ipsum. Tunc pyrropo-
gon iussit sibi sub camera fori sedem preparari. & sedens
in sede diabolica. scos di iussit adduci. Qui dum aspecti-
bus eius adsisterent. sub uoce terribili dixerunt. Fili
diaboli aduersarius quem hec prosequeris. & dum hec
dixissent. subito terre motus factus est magnus. & con-
tremuit per circuitum. & camera fori sub qua iudi-
cium diaboli exercebatur subito corruit. & oppres-
sit pyrropogonem cum quadraginta ministris pena-
rum. Sci autem dni illesi permanserunt. Factum est
autem post anni circulum. aduenerunt quattuor an-
geli. & adprehendentes scam luciam cum sco geminia-
no. deposuerunt eos in prouintia. que dicitur sici-
lia. in monte qui appellatur tauromeni. & cum
depositi essent sci. uiam nesciebant in qua dirige-
rent gressum. Erat ergo mons tauromenitanus
asper & lapides eius nimis acuti. Uidentes autem
sci. exclamauerunt ad dnm dicentes. Dne ds
omps. tu es tu liberator noster & auxiliare nobis
propter nomen tuum. ne quando dicant gentes ubi
est ds eorum. Et ecce coram multis uidentibus. Ange-
lus dni descendens de celo. deducebat eos dicens.
Quia istorum rex saluator est. iter scorum preparatum
est. & postquam deducti essent ab angelica potestate.
uenerunt in opidum. qui dicitur alesinus. & excepti s(unt)
a uiro nomine eucarpione. cum summo honore & su-
mma celebritate. Filia uero eius uexabatur ab spiri-
tu inmundo ab annis decem & octo. Cum autem
sci lucia & geminianus domum introissent. Diabo-
lus clamabat. O incendium eternum. quid me per-

sequeris lucia martyr xpi. & continuo liberata est
filia eius. Alia uero die profecti sunt de alesinis. & ue-
nerunt iuxta fluuium qui appellatur psimithum
sub die idus ianuarias. & inuenerunt fluuium plenum
& redundantem ad mare. & non poterant transire.
& exclamauerunt ad dnm dicentes. Qui liberasti in uirga
hereditatis tue. quam dedisti moysi seruo tuo. ut per
eius potentiam disrumperetur mare rubrum.
& liberares filios isrl de terra egyptiorum de manu
seruitutis. & nos libera seruos tuos & deduc in locum
qui tibi placitus est. & inuocetur nomen scm tuum
super eum. Et continuo aqua que rugiens descendebat ad
mare. stetit a bira sua. & transierunt sci di calcantes
super aquam tamquam super lapidem. & ecce peruenerunt
in locum qui appellatur mendulas. Erat ergo terri-
torium mendolarum repletum spiritibus inmundis.
& clamabant demonia a finibus illis dicentes. Finis nr
aduenit. discedamus a facie scorum qui hic a do directi
sunt. Hec audientes sci di. uno consensu uno
spu orauerunt ad dnm. Si placitus est & locus dno
do. & uox a do audita est dicens. Hic est sedes ura
hic habitabitis in seculum seculi. & confortati a do
steterunt in eodem loco. & ceperunt operari mira-
bilia. sicut consueti erant. Infirmos curabant. cecos
inluminabant. Omnem iniquitatem per orationem
effugabant. Hec audiens apofrasius incredu-
lo animo perrexit ad urbem cathenensium admi-
ratus uidere & qua arte hec operarentur sci.
Clemens ergo requisiuit qualis esset requisitio eorum.
Tunc uniuersi qui salui facti fuerant. una uoce clama-
uerunt dicentes. Paganorum impietati non licet
scorum seruare pietatem. Quod cum audisset apo-
frasius. precepit ministris suis. ut eorum uitam
ferro finirent. & dum decollati essent. subito uisus
est angelus dni fundens super corpora eorum fialam
plenam aromatibus. Fuerunt ergo uiri atque mulie-
res qui martyrizati sunt numero septuaginta nouem.
Igitur natalis eorum sub die idus septembris. sca uero celebratur
lucia gratias egit dno ihu xpo. Rediens autem apofrasius

equus eius ad aba . . lo arreptus proiecit eum sub p la
pidem . & nec corpus eius uisus est usq; in hodiernum
diem ; & ecce exiit fama hec per totam prouintiam
& in omne diuersorum ; hec audiens megistus
pater paschasii consularis ira repletus . iter arripu
it ad urbem siracusanam in mendulas . & ueniens
cepit penas parare scis . Uidentes autem sca lucia
& scs geminianus fremitus penarum . expauit
sca lucia & fugit & non habuit ubi se absconderet .
& suspirauit ad dnm ; & ecce subito medius mons
crepuit . & abscondit scos di tribus diebus & tribus
noctibus . Tertia uero die aestus factus est magnus
in sole . & sitiens coeperunt ; & de medio inferni crepidi
nis fluuius aque processit . Unde sci potati sunt .
Erat ergo locus aridus ubi aqua non inueniebatur .
Cum autem sci potati essent . orauit sca lucia ad dnm
dicens . Qui in principio celum & terram uerbo con
stituisti . qui de limo terre hominem formasti & spm
uite ei inspirasti . Te deprecor dne ihu xpe filius di
uiui . Accipe spm meum in hac uita perdelitantem .
& perduc me ad portum uite aeterne ; & dum con
plesset orationem . in gloria dni emisit spm . Ui
dens autem scs geminianus . amouit eam de loco .
& non potuit sepelire corpus eius . Custodiuit aut
scm funus usq; in diem tertium . Tertia uero die as
cendens de crepidine . in ipso ore crepidinis ab inimi
co ^ex^ ceptus . gladio uitam finiuit . & deorsum unde
ascenderat corruit . Descendente igitur percusso
re eius . transiens quedam mulier nomine maxima
xpiana ualde que erat de imperio plinthitano
odore ; suauitatis accepto cepit inquirere . Unde
. . odor emanaret . Quo dum cognouisset & descen
deret in crepidinem . inuenit ibi scorum corpora . & a
periens portitorium uestis sue . & sumens omia
uestimenta sua pretiosa . scorum corpora sepel
ire tradidit . & ecce angeli descenderunt de celo .
& uenerunt trahentes tabulas marmoreas . Unde
scorum sepulcra reddita . & eorum in ipsis sepulta sunt
corpora . sed in superioribus . . . basilica eorum
fabricata est . De qua uero quamdiu condonauit
orationibus scę lucię . si quis potatus fuerit qualē
cumq; infirmitate possessus . sanus abscedit . Agitur
autem . . natalis scorum lucię & geminiani sub
die sexto . decimo kl octobris . In nomine patris
& filii & sps sci . cui est honor & gloria in secla seclor . am .

EXPL . PAS . SCOR . LUCIAE ET GEMINIANI .

INCIPIT PASSIO SCI CALISTI PAPAE . MENSE OCTOBRIO . DIE . XIIII .

Temporibus macrini & alexandri . incendio
diuino concrematu est pars capitolii ame
ridiane . & in templum iouis ruit ma
nus sinistra aurea & reliquefacta est . Uenerunt aut
arius pices & sacerdotes ad alexandrum dicentes .
ut sacrificiis & odoribus placarentur dii ipsorum ;
Hoc audit alexander . iussit eri petitionem ipsorū ;
& dum sacrificio uterentur . subito celo sereno .
mane die iouis fulmine diuino . mortui sunt quattu
or sacerdotes idolorum . & ara iouis incendio concre
mata est . & factus est dies obscurus . ita ut omnis po
pulus romanus fugeret foris muros ; & cum disper
geretur populus p fugam . uenerunt trans tiberim
in urbem ad templum rauennatium . & audierunt
in quodam cenaculo multitudinem xpianorum
psallentem . inter quos erat calistus eps urbis ^rome^ cum
clero suo . Audiens autem unus ex consulibus
nomine palmatius multitudinem collectam xpia
norum in quodā loco . nuntiauit alexandri dicens ;
Magne princeps hoc signum ideo factum est .
quia ciuitas sordescit ; si ergo purificata fuerit .
gaudebimus simul de gloria culminis uri .
& res publica ura fulgebit . Alexander dixit .
& purificetur ; tamen declara nobis quae est ip
sa purificatio . Respondit palmatius ; ut profani
non sint . Alexander dixit ; qui sunt profani
Respondit palmatius xpiani ; Alexander dixit ;
Ego precepi & semel & iterum . ut ubicumq; in